Dominicus Maria Corsius Prothonotarius Apostolicus Utriusque Signaturæ Santissimi D. N. Innocentii Divina Providentia P.P. X.I. Referendarius, nec non Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Iudex Ordinarius, Sententiarum quoque, et Censurarum tam in eadem Romana Curia, quam extra eam Latarum, ac Litterarum Apostolicarum, Constitutionum, Brevium, Indultorum, et Privilegiorum a Sancta Sede Apostolica, et per Summos Pontifices Concessorum Universalis, et Merus Executor ab eodem Sanctissimo D. N. Innocentio P.P. X.I. specialiter electus, et deputatus. = Universis, et singulis R.R.mis D.D. Episcopis, Archiepiscopis, et R.R. A.A. Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Vicariis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, thesaurariis, Sacristis tam Cathedralium, quam Collegiatarum Ecclesiarum, Canonicis, Parrochialium quoque Rectoribus, Plebanis, vice Plebanis, Curatis, et non Curatis, Cantoris que Presbiteris, et Clericis, Notariis, et tabellionibus quibuscumque illisque, vel illis, ad quem, seu ad quos presentes Nostræ Litteræ pervenerint, seu alias quomodolibet pervenerint. Salutem in Domino dicimus, et Nostris huiusmodi, imo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. =

Noveritis quod introducta coram Nobis Lite, et Causa pro parte, et ad instantiam, Venerabilis Collegii S. Thome Aquinatis Ordinis S. Dominici civitatis Hispalensis, et R.R. Patrum ibi degentium principalium Actorum, contra, et adversus R.R. P.P. Provincialem, Deffinitorem, et electorem, Provinciæ Beticæ Reos Conventos, de, et super Executione, et Observatione Indulti, seu Litterarum Apostolicarum, per San: Me: Leonem X.I. de Anno 1516. ad petitionem, tunc Archiepiscopi Hispalensis dicto Collegio, et P.P. ibi omni tempore commorantibus, tam presentibus, quam futuris concessarum, rebusque aliis in actis, et processu Causæ, et Causarum huiusmodi latius deductis exhibitis, atque productis in actis infra scripti Nostræ Curiæ Notarii omnibus iuribus, et scripturis Causam, et Causas huiusmodi facientibus, illisque, et aliis dicimus videndis, ac considerandis per nos visis, et consideratis, monitisque, et citatis eisdem R.R. P.P. Provinciali, Deffinitori, et electori Provinciæ Beticæ in personam Ioannis Baptiste Astalli eorum Procuratoris per cursores eiusdem S.S.mi D. Nostri Papæ, ut moris est servatis omnibus de iure, et stylo Curiæ servandis tandem Nostram tulimus, et promulgavimus Sententiam diffinitivam huiusmodi sub tenore videlicet. =

= = Christi Nomine invocato pro tribunali sedentes, et solum Deum pre oculis habentes per hanc Nostram diffinitivam Sententiam, quam de iuris peritorum Consilio ferimus in his scriptis in causa, et Causis, que primo, et in [illegible]

Verse fuerint, et Vertuntur instantia inter Ven. Collegium S. Thome Aquinatis Ordinis
nri Civitatis Hispalensis et PP. ibi degentes, actores ex una, et R. R. PP. Provinciale
Diffinitorem, et celebrem Provinciæ Betiæ, seu conventus partibus ex altera, de, et super
cutione, et Observatione indulti, seu litterarum Apostolicarum in forma Brevis per
Mem: Leonem X. de Anno 1516. ad petitionem tunc Archiepiscopi Hispalensis dicto colleg
PP. ibi Omni tempore commorantibus tam presentibus, quam futuris Concessarum, de qu
actis, Velusq, aliis &. Dicimus, sententiamus, et diffinitive decernimus, et declaramus
litteras Apostolicas esse in omnibus iustificatas, et propterea exequendas, et observandas et
earum effectiva executione, ac observantia dicimus, sententiamus, diffinitive decernimus
claramus, quod Omnes, et Singuli fratres tam presentes, quam futuris in dicto Collegio
tes, post solitorum Cursuum tam Artium, quam Sacre theologie iuxta dicte Provincie
petuum morem debitam completionem, gradibus Baccalaurei, Licentiature, et Mag
in signiti secundum indultum ipsis impertitum eisdem prorsus privilegiis, favoribus, p
tiens, Antelationibus, et pro effectu antelationum iure suffragii scilicet in Capitulis Provin
libus, et loco inter Magistros numeratos ubicumque sive in Collegio, sive in aliquo Conve
sive Provincia extiterint, aliis etiam indultis tam spiritualibus quam temporalibus abs
differentia Utantur, potiantur, et gaudeant, quibus Uti, potiri, et gaudere possent, si in
Provincia graduati fuissent, aut indulti Ordinis domibus, in quibus professionem em
runt personaliter residerent, ita tamen quod omnino teneantur Provincialem suum
tempore facere certiorem, non solum de Cursibus completis, sed etiam de acceptis gra
bus iuxta approbatam dicti Collegii Consuetudinem, et Apostolicum indultum; sicq de
Prelati assensu ad possessionem Loci, et iuris suffragii ac quorumcumq aliorum pri
legiorum numeratis prefate Provincie Magistris, vel de iure, vel consuetudine quom
dolibet competentium maturi admitantur; et admissio ista in proxime sequenti Capitu
Provintiali, enuntietur; mandatumq de observando, et de exequendo litteras Apostolic
sub pena excommunicationis, aliisq in eisdem contentis decernimus, et relaxamus non tam
&, sed omni &. ita pronuncio ego Dominicus Maria Cursius Auditor Camere. =
Et quia parum, aut nichil prodesset sententiam favorabilem reportare nisi debite exe
cutioni illa demandaretur; ideo pro insertam sententiam, Omniaq, et singula in e
Vobis Omnibus, et singulis supra dictis, ac vestrum cuilibet in solid

rangebantur ad in

intimamus, insinuamus notificamus, et ad vestram, et cuiuslibet vestrum notitiam de-
ducimus, deduci volumus, et mandamus ne ullo unquam tempore ignorantiam aliquam
allegare valeatis, et insuper tenore presentium committimus, et in virtute Sanctae Obedientiae
stricte precipiendo mandamus, quatenus statim visis, seu receptis presentibus, et post quam pre-
sentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum requisitus fuerit ex parte nostra, imo verius
Apostolica authoritate prefatam sententiam, ac omnia, et singula in ea contenta, et expressa
observetis, attendatis, adimpleatis, et omnimode executioni mandetis, atque ab eisdem RR. PP.
Provinciali, Diffinitore, et electore Provinciae Beticae presentibus, et futuris, ac omnibus aliis ad quos
expectat, et expectabit in futurum observari, attendi, adimpleri, ac omnibus, et per omnia executioni
demandari faciatis, curetis, et mandetis sub censuris, et penis in eisdem litteris Apostolicis contentis.
In quorum fidem &. Datum Romae ex Aedibus Nostris hac die prima Iunii Millessimo sexentessimo
sexagessimo sexto, Pontificatus autem SS.mi in Christo Patris et Domini Nostri D. Divina provide[n]-
tia PP. XI. Pontificatus sui Anno X. Dominicus Maria Cursius Auditor. Augustinus Sas-
batuccius Causarum Curiae Camerae Apostolicae Notarius. Mandatum de observando Sen-
Libro exped. fol. 36.